



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 31. S. Hugonis Lincolniensis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Sæcul. XII. dis servientium vel messorum non mi-
A.C. 1200. nuantur. De terris noviter exultis
decimæ solis Ecclesiæ parochialibus
dentur.

§. XXXI.

S. Hugonis Lincolniensis extrema.

vit. c. 22. Sanctus Hugo Lincolniensis in Norman-
ap. Sur. 17. niam venerat, ubi pacis conciliator
Nov.

inter Regem Philippum & Regem Joan-
nem extitit. Cum deinde ad quamdam
Domum Cartusiensem divertisset, &
illi, res novas sciendi cupiditate vici,
quæ sivissent, quibus conditionibus pax
inita fuisset, ingemiscens respondit:
Quamvis Episcopis liceat nova audire &
referre, id tamen Monachis non licet.
Ex hac profectione redux Hugo Londi-
ni quartana laborans decubuit, monen-
tibusque amicis, ut Testamentum con-
deret, mos iste, inquit, et si ubique loco-

c. 28. *rum in Ecclesia vigeat, mibi non proba-*
Rog. p. 811. *tur. Nunquam aliquid habui vel babeo,*
quod non ad Ecclesiam, cuius cura mibi
commissa est, pertineat. Nihilominus,
quia timeo ne ærario Regis præfecti sibi
bæc vindicent, cuncta quæ possideo, den-
tur pauperibus. Rex Joannes ad Hugo-
nem invisens ejus Testamentum confr-
mavit, promisitque coram Deo, quod
in posterum ultima mandata Prælatorum
sua auctoritate muniturus esset.

S. Epi-

S. Episcopus exinde nulla amplius Sæcul. XII.
requam oratione occupatus Infirmorum A.C. 1200.

oleo ungi petiit, idque obsequium in
Festo S. Matthæi die vigesima prima Se-

ptembris, qua olim Episcopus consecra-
tus fuerat, recepit. Duostamen adhuc
menses superstes jussit, se post mortem
Lincolniam deferri, & in Ecclesia sua
Cathedrali sepeliri. Obiit igitur Lon-
dini, die decima sexta Novembris, an-
no millesimo ducentesimo, Episcopus
quindecim, & sexaginta annorum homo.

Ceteris ejus virtutibus adnumeratur
solicitudo, qua Horas Canonicas præ-
stituto semper tempore recitabat, nec
unquam maturius eas persolvebat aut
differebat. Quippe maximi etiam mo-
menti negotia pertractans, aliis sæpe ad
consultandum exeuntibus, ipse ut pri-
mum hora monuerat ad orandum sece-
debat, cum apud Cartusienses officium
divinum omnibus aliis rebus antepone-
re didicisset.

Per quinque dies, quibus S. Hugo- c. 31.
nis exequiæ Lincolniam usque duceban- Rog. p. 811.
tur, ingens concursus populi fuit, & ro- 812.
bustissimi humeros deferendo corpori
certatim subjiciebant. Ubi Lincolniam
perventum, sors tulit, ut ibi maxima E-
piscoporum & Optimatum frequentia
versaretur, cum illis diebus Guilielmus
Rex Scotiæ Joanni Regi Angliæ Homa-
gium

Sæcul. XII. gium præstaret. Archiepiscopi tres, vi.
A.C. 1200. delicet Hubertus Cantuariensis, Joannes
Dubliniensis & Bernardus alterius Sedis,
Episcopi quatuordecim, & Abbates plus-
quam centum aderant, omnesque hi Pra-
fules & duo Reges, cum justa Episcopo
Lincolniensi persolverentur, pompam
auxerunt; ipse Rex Angliæ corpori de-
portando humeros commodare non es-

Matth. Par. deditnatus. Ceterum S. Hugo tam-
an. 1220. te quam post obitum multis miraculis
claruit, unde post annos deinde viginti
ab Honorio Papa III. in Sanctorum Ca-

Mart. Rom. catalogum relatus est; ejus vero memo-
riæ ab Ecclesia die decima septima No-
vembris celebratur.

§. XXXII.

Papa Ottonis, Regis Romanorum,
partes amplectitur.

Rog. p. 799. Cum conditiones pacis cum Rege Phi-
lippo iniisset Rex Joannes, promise-
rat, quod Ottoni, nepoti suo, nec mili-
te nec auro ad consequendum Imperium
auxiliaturus esset. Nam Ottoni Saxo-
niæ, Mathildis ex Anglia, Richardi &
Joannis Regum sororis, filio, Richardus
Rex Comitatus Eboracensem & Picta-
viensem ac ex tribus partibus totius
thesauri sui duas partes scripserat; sed
negabat Rex Joannes, se ei quidquam
datu-

p. 802.